Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36641
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

quas ipsi sunt universaliter conversi ad superprincipale principium hoc est deum et sig
nificat etiam ipsa eorum cognominatio alias .s. virtutes vel aliorum virtutes ducere
ad illud ipsum principificum principium quantum possibile est eas .s. virtutes for
mari ad illud vel conformari illi. Ducere dico ierarchice .i. secundum modum
et mensuram prelationis sue. Suas enim virtutes ad principium suum ducunt uni
versaliter convertendo. Aliorum virtutes ad principium suum ducunt ierarchice pre
cedendo, quia utique duces sunt, inquantum precedere vel preesse debent. Ideo iera
rchice ducunt, quia in eo in quo prelati non sunt recte duces esse non possunt.
Hoc itaque manifestat eorum cognominatio quod .s. principatum habent ad
similitudinem dei ex officio et virtute, et quod ad principium suum et suas virtutes
convertunt et aliorum virtutes ducunt. Manifestat etiam eorum cognominatio ornatum
ipsorum principalium virtutum, hoc est ipsorum principatuum dispositionem mani
festare superessentialem ordinationem eius scilicet principii primi. Et ex ipsa quippe
cognominatione principatuum innuitur quod in eorum prelatione primi princi
pii principatus manifestatur, quia ipsum principando et imitantur et manifestant.
Sequitur. Ipsa autem sanctorum archangelorum equipotens quidem est celestibus princi
patibus. Est enim et eorum et angelorum ut dixi ierarchia una et dispositio. Ip
sa sub cognominatio sanctorum archangelorum equipotens est .i. equam potentiam
vel equalem potentiam significat celestibus principatibus, quia una ierarc
hia est et una dispositio trium ordinum, hic est et angelorum et eorum .s. archan
gelorum et principatuum. Et licet ex eo quod una est ierarchia una est et equalis
potestas trium, tamen quia nulla ierarchia est que non habeat et primos et me
dios et ultimos ordines, ideo archangeli inter principatus qui primi sunt
et angelos qui ultimi sunt medio loco constituti utrorumque proprietate par
ticipant. Hoc est quod dicit. Verumtamen quoniam quae non est ierarchia non et primas
et medias et ultimas virtutes habens, archangelorum sanctus ordo commu
nicative ierarchie medietati extremorum recipit. Quoniam inquit non est ierar
chia aliqua que non habeat primas et medias et ultimas virtutes, ideo
sanctus ordo angelorum recipit communicative medietati ierarchie extre
morum, hoc est recipit ut immediate sit extremorum communicans ierar